



Nobilissime et Summe Vir,

Vossius si litteras meas tradiderit, bene est: Saepe
filia mea EVGENIA dabit, cui ut faveas rogo. Cum
marito LAZARO BONVICINIO, egregio, et quem nosse
velis vero, vere Docto et Prudenti, strenuo et Generoso,
in Italiam itura, tuo etiam Beneficio iter sibi secu-
rum conatur reddere. Quia litteris faves, Somini eru-
ditissimo Benignus eris; quia mihi, eris filiae. Hinc
Coloniam profecturi sunt, nisi aliud consilium ceperint.
Per Galliam hoc tempore difficile est: quemadmodum
pericula ubique sunt, et bellum ubique. Reddat nobis
pacem Deus, et mitiora tempora, quae pace continentur!
De filio meo LVSTO adhuc sollicitus sum. Velim eum
vire suo, et otio frui: velim Soceri controversias com-
positas esse, pecuniae quoque summam impendi. De
studijs meis si audire mavis, propediem, et uberius
scripturus sum. Hoc nunc ago, et filiam sibi meam
commendo. Vale Nobilissime et Summe Vir, et me
amare perge. Lovanii, in Arce, Prid. Kal. Mart.

∞. DC. XL.

Nobilissimi Genij tui verus cultor

E. Puteanus.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Puteanus

Nobilissimo et Amplissimo V.
D. CONSTANTINO HUGENLO,

Equiti,

Principi AVIACCO à Consiliis,

et Secretis.

XIII

|||

Hagam.

Hugon.

De heer

Willelmus van der Meer

Edelg.

W. Constantino Mackay

Magister et Auditorius

Hug. 37.